

cipis nostri ordinatione docenti mathematico assignatur, in posterum persolveretur integrum, etsi non dubitabamus, quin ea de re tua amplitudo a domino Leonarto atque magistro Homelio, utroque vel altero horum, reddita esset certior, tamen officium nostrum esse duximus hoc ipsum ad tuam amplitudinem perscribere, ut de nostra significatione tua amplitudo intelligeret nos tuae amplitudinis voluntatem, et quod illa postulasset nomine illustrissimi principis, studiose et submisso executos esse. Ac petimus a tua amplitudine, ut favorem suum et benevolentiam erga bona studia et communitatem nostram retineret. Tuae amplitudinis salutem fortunasque ac dignitatem commendamus Christo. Valeat amplitudo tua. Datae Id[ibus] Iunii Junii 13. anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo.

Decanus et communitas studii bonarum artium.“

C 259. De promotore. Hactenus observatum fuit, ut qui promotoris munere fungeretur, sex gr. in medium pro solatio, ut vocant, magistrorum conferret. Sed anno etc. decima sexta Junii 16. die Iunii unanimiter a tota facultate decretum et statutum fuit, ut promotori baculariorum solatium integrum, nempe duo flor., persolverentur excepto eo, qui antea huic provinciae non praefuisset. Hic enim de more sex gr. numerabit. \*

### 1552 Wintersemester. 287. Decan Iohannes Hommel von Memmingen.

N 134. Ioannes<sup>1)</sup> Homilius Memmingensis, bonarum artium et philosophiae magister, communitatis studii optimarum disciplinarum decanus concordibus electorum suffragiis factus est anno Christi salvatoris millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, et eos, quorum subiecta sunt nomina, officiales, ut vocant, adiunctos habuit:

	Executores:		Clavigeros:
magis-	{	Paulum Bussinum Magdeburgensem	magis-
trum		Donatum Zölner Camitianum	trum
		Volfgangum Sybotum Lipsensem.	{ Wolfgangum Sybotum Petrum Thomacum.

N 134'. Examinatores petentium honores magistrales:

magistrum	{	Matthaeum Heusler
		Volfgangum Sybotum
		Andream Knaur
		Antonium Gleining,

vicecancellarium magistrum Bartolum Richium.

Ab his admissi sunt decem, quorum subscripta sunt nomina:

Volfgangus Bott Lipsicus	Hieronymus Thilesius Hirsbergensis
Ioannes Stargk Ochsenfurtensis	Thomas Haustein Lipsicus
Erasmus Empf Lipsicus	Volfgangus Iunnger Ositianus
Iacobus Gesnerus Tigurinus	Stephanus Bocksheimerus Schletensis
5 Iacobus Petzsch Lipsicus	Andreas Haustein Lipsicus.

10

<sup>1)</sup> Für das Decanat des Ioh. Hommel ist in C auf Bl. 259, 259' und 260 Platz gelassen, dieser aber nicht ausgefüllt worden.